Et postea concludit in octavo capitulo. Nihil ergo dantis nationis est his qui sunt in xpo iesu: qui non scdm carnem ambulat. Huius ratione ibidem subiungit dicens: Quia lex spiritus vite in xpo iesu liberavit me a lege etc. Et hoc est speciale desiderium sanctorum ut non perficiant desideria ad que caro instigat. ita tamen q in hoc non includant desideria que sunt ad necessitate carnis: sed que sunt ad superfluitate. Consequenter cum dicit. Caro enim concupiscit etc. ponit necessitate huius beneficii que est ex impugnatione carnis et spiritus. et primo ponit ipsam impugnationem. Secundo manifestat eam per euidens signum. ibi. Hec enim inuice aduersant etc. Dicit ergo. Necessarius est q per spiritum carnis desideria superetis. Nam caro concupiscit aduersus spiritum. Sed hic videtur esse dubium quia cum concupiscere sit actus anime tantum: non videtur q competat carni. Ad hoc dicendum est scdm August. q caro dicitur concupiscere in quantum anima scdm ipsam carnem concupiscit: sicut oculus dicitur videre cum potius anima per oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiscit quando ea que delectabilia sunt scdm carnem appetit. Per se vero anima concupiscit quando delectat in his que sunt scdm spiritum: sicut sunt opera virtutum et contemplatio diuinorum et meditatio sapientie. Sapient. 6. Concupiscencia itas q sapientie deducet ad regnum perpetuum etc. Sed si caro concupiscit per spiritum quomodo concupiscit aduersus eum? In hoc scilicet q concupiscencia carnis impedit concupiscenciam spiritus. Cum enim delectabilia carnis sunt bona que sunt infra nos. delectabilia vero spiritus bona que sunt supra nos. contingit q cum anima circa inferiora que sunt carnis occupat: retrahitur a superioribus que sunt spiritus. Sed videtur etiam dubium de hoc q dicit scilicet q spiritus concupiscit aduersus carnem. Si enim accipiamus hic spiritum pro spiritu sancto concupiscencia autem spiritus sancti sit contra mala. consequens videtur q caro aduersus quam concupiscit spiritus sit mala. et sic sequitur error manichei. Respondet: dicendum est q spiritus non concupiscit aduersus naturam carnis sed aduersus eius desideria que scilicet sunt ad superfluitate. Unde et supra dicitur est. Desideria carnis scilicet superflua non perficietis. In necessariis enim spiritus non contradicit carni. quia ut dicit Eph. 5. Nemo carnem suam odio habuit. Consequenter cum dicit. Hec enim etc. ponit signum compugnationis. Quasi dicat. Experimento patet q contra se inuice pugnant et aduersantur in tantum ut non quecumq vultis bona scilicet vel mala illa faciatis. id est facere permittamini. Rom. 7. Non quod volo bonum ago sed quod etc. Non tamen tollitur libertas arbitrij. Cum enim liberum arbitrium sit ex hoc q habet electionem in illis: est libertas arbitrij que electioni subsunt. Non autem omnia que in nobis sunt simpliciter subsunt nostre electioni sed scdm quid. In speciali enim possum vitare huc vel illum motum concupiscencie seu ire. sed in generali omnes motus ire vel concupiscencie vitare non possumus et hoc propter corruptionem seminis ex primo peccato introducta. Sed notandum est q quattuor sunt genera hominum circa concupiscencias quorum nullus facit quecumq vult. nam imtemperati qui ex pposito sequuntur carnales passiones scdm illud Proverb. 2. Et ante cum malefecerunt. faciunt quidem quod volunt in quantum ipsas passiones sequuntur. sed in quantum ipsa eorum ratio remurmurat et ei displicet faciunt que non volunt. Incontinentes autem qui habent propositum abstinendi et tamen a passionibus vincuntur faciunt quidem quod non volunt in quantum ipsas passiones contra eorum propositum sequuntur. et sic imtemperati faciunt plus de eo quod volunt. Continentes autem qui vellent omnino non concupiscere faciunt quod volunt dum non concupi-

scunt. sed quia omnino non concupiscere non possunt faciunt quod nolunt. Imtemperati vero quod volunt quidem faciunt in quantum in carne domata non concupiscunt. sed quia non ex toto domari potest quin in aliquo repugnet spiritui sicut nec malitia in tantum crescere potest quin ratio remurmuret. ideo cum aliquando concupiscunt: faciunt quod nolunt plus tamen de eo quod volunt.

Lectio quinta.

Quod si spiritu ducimur non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis. que sunt fornicatio. immundicia. impudicitia. luxuria. ydolozorum seruitus. veneficia. inimicitie. contentiones. emulationes. ire. rixae. dissensiones. secte. inuidie homicidia. ebrietates. comestiones. et his similia que predico vobis sicut dixi: quoniam niam qui talia agunt: regnum dei non consequentur.

Post q ostendit apostolus q per spiritum liberamur a desiderijs carnis: hic consequenter ostendit q per ipsum liberamur a seruitute legis. Et primo proponit beneficium spiritus. Secundo manifestat per effectus. ibi. Manifesta sunt opera carnis etc. Dicit ergo. Dico q si spiritu ambuletis non solum desideria carnis non perficietis: sed quod plus est si spiritu ducimini quod sit quando facitis quod spiritus suggerit ut director et gubernator: non autem id ad quod sensus et affectus proprius instigat non estis sub lege. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Non quidem ut coacto: sed ut gubernator. Ex his autem verbis vult hieronymus q post aduentum xpi nullus habens spiritum sanctum tenet seruare legem. Sed sciendum est q hoc quod dicit: Si spiritu ducimini iam non estis sub lege potest referri ad precepta legis vel ceremonialia vel moralia. Si quidem referat ad ceremonialia sciendum est q aliud est seruare legem. aliud est esse sub lege. Seruare legem est facere opera legis non habendo spem in eis. sed esse sub lege est ponere spem in operibus legis. In primitina autem ecclesia erant aliqui iusti seruantes legem: sed non sub lege in quantum seruabant opera legis sed non erant sub lege quasi in eis spem ponentes. Sic etiam xpus sub lege fuit. supra quarto. Factum sub lege etc. Et sic excluditur opinio hieronymi. Si autem referatur ad moralia sic esse sub lege potest intelligi dupliciter. vel quantum ad obligationem. et sic omnes fideles sunt sub lege. quia omnia bus data est. Unde dicitur. Math. 5. Non veni soluere legem etc. Vel quantum ad coactionem. et sic iusti non sunt sub lege quia motus et instinctus spiritus sancti qui est in eis est proprius eorum instinctus. Nam caritas inclinatur ad illud idem quod lex precipit. Quia ergo iusti habent legem interioriorem sponte faciunt quod lex mandat ab ipsa non coacti. Qui vero voluntatem male faciendi habent comprimuntur tamen pudore vel timore legis isti coguntur. Et sic iusti sunt sub lege obligante tantum non cogente sub qua sunt solum iniusti. 2. corinth. 3. Vbi spiritus domini ibi libertas. 1. tymoth. 1. Iusto non est lex posita. scilicet cogens. Consequenter cum dicit: Manifesta sunt autem opera etc. Probat que dixit per effectum. Et primo ponit opera carnis que contrariantur spiritui sancto. Secundo ostendit quomodo opera spiritus non prohibent a lege ibi. Aduersus huiusmodi etc. Circa primum

Explanatio sancti Thome

duo facit. Primo ponit opera carnis que prohibentur a lege. Secundo ponit opera spiritus que ab ea non prohibentur. ibi. Fructus autem etc. Circa primum duo facit. Primo proponit opera carnis. Secundo subdit nocuentia quod ex his sequitur. ibi. Que predicatio etc. Dubitat autem circa primum. Primo quidem de hoc quod apostolus hic quedam ponit que non pertinent ad carnem que tamen dicit esse opera carnis sicut ydolorum seruitus secte emulatioes et huiusmodi. Respondeo: dicendum est secundum Augustinum lib. 4. de ci. del. cap. 2. Quod secundum carnem uiuit quicquid uiuit secundum seipsum. Unde caro hic accipitur pro toto homine. Quicquid ergo pronit ex inordinato amore sui dicitur opus carnis. Vel dicendum est quod aliquod peccatum potest dici carnale dupliciter scilicet quantum ad consumationem. et sic dicunt carnalia illa tantum que consumantur in delectatione carnis. scilicet luxuria et gula. Et quantum ad radicem et sic omnia peccata dicuntur carnalia in quantum ex corruptione carnis anima aggrauatur. ut dicitur Sapientia. 9. Ex quo intellectus debilitatur facilius decipi potest et impeditur a sua perfecta operatione. Unde et ex hoc sequitur vitia scilicet hereses secte et alia huiusmodi. Et hoc modo dicitur quod fomes est principium omnium peccatorum. Secundo dubitat. quia cum apostolus dicat qui talia agunt regnum dei non consequentur. et nullus excludatur a regno dei nisi pro peccato mortali. sequitur ergo quod omnia que enumerat sunt peccata mortalia. Cuius contrarium videtur. quia inter ista enumerat multa que non sunt peccata mortalia. sicut est contentio emulatio et huiusmodi. Respondeo: dicendum est quod omnia hec enumerata sunt aliquo modo mortalia. sed quedam quidem secundum genus suum sicut homicidium fornicatio ydolorum seruitus et huiusmodi. quedam vero secundum suam consumationem sicut ira cuius consumatio est in nocuentiam proximi. Unde si accedit consensus de ipso nocuentio est peccatum mortale. Et similiter contentio ordinatur ad delectationem cibi. sed si in huiusmodi delectationibus ponat quis finem suum peccat mortaliter. et ideo non dicitur comestiones sed comestationes. et similiter intelligendum est de alijs similibus. Tertio dubitat de ordine et numeratione eorum. circa quod dicendum est quod cum apostolus in diuersis locis diuersa vitia et diuersimode enumerat non intendit enumerare omnia vitia et secundum artem: sed illa tantum in quibus habundant et in quibus excedunt illi ad quos scribit. Et ideo in eis non est querenda sufficientia sed causa diuersitatis. His ergo habitis sciendum est quod apostolus enumerat quedam vitia carnis que contingunt circa ea que non sunt necessaria vite. quedam vero circa ea que sunt necessaria vite. Circa primum ponit quedam vitia que sunt hominis ad seipsum. quedam quantum ad deum. quedam contra proximum. Contra seipsum sunt quatuor: que ideo primo ponit quia manifeste ex carne procedunt. quorum duo pertinent ad actum carnalem luxurie. scilicet fornicatio que est quando scilicet accedit solutus ad solutam. vel quantum ad naturalem usum luxurie. Aliud est immundicia quantum ad usum contra naturam. Ephe. 5. Omnis fornicator aut immundus etc. 2. corinth. 13. Qui non egerit penitentiam super immundicia et fornicatione et impudicitia etc. Alia duo ordinantur ad ipsos actus. Unum scilicet exterioris sicut tactus aspectus oscula et huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit. Impudicitia. Ephe. 4. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie etc. Aliud interioris scilicet in cogitationibus immundis Et quantum ad hoc dicit. Luxuria. 1. Timoth. 5. Cum enim luxuriate fuerint in christo nubere uolunt etc. Contra deum ponit duo. quorum unum est per quod impeditur ab hostibus dei cultus diuinus. Et quantum ad hoc dicit. Ydolorum seruitus. 1. corinth. 10. Neque ydolatre efficiamini etc. Sapientia. 14. In

fandorum enim ydolorum cultura omnis mali causa est et iniunctum et finis. Aliud est per quod inicitur pactum cum demonibus. Et quantum ad hoc dicit. Beneficia que sunt per magicas artes. et dicuntur beneficia a veneno quia sunt in nocuentiam hominum. 1. corinth. 10. Nolo uos fieri socios etes monachorum Apoc. 17. Foras canes et uenefici etc. Contra proximum autem ponit nouem. quorum primum est inimicitia. vltimum vero homicidium: quia ab hoc deuenitur ad illud. Primum ergo est inimicitia in corde: que est odium erga proximum. Math. 10. Inimici hominis domestici eius. Et ideo dicit. Inimicitie. Et hac autem omnia dissensio in uerbis. Et ideo dicit. Contentiones que est impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris. Puerb. 20. Honor est homini qui se separat a contentioibus. Secundum est emulatio que consistit in hoc quod ad idem obijciendum contendit. Unde dicit. Emulatioes que ex contentione oriuntur. Tertium est ex hoc quod unus impeditur per alium ad rem eandem tendentem et ex hoc irascitur contra eum. et ideo dicit. Ire. Iaco. 1. Ira enim uiri etc. Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam uestram. Quartum cum ex ira animi peruenit ad percussiones. Et quantum ad hoc dicit. Rix. Prouerb. 4. Odium suscitatur rixas. Quintum ex his scilicet dissensionibus et si quidem in rebus humanis sunt dicuntur dissensionibus quod scilicet partes sunt in ecclesia. Rom. 16. Obseruetis eos qui dissensiones et offendicula preter doctrinam quam uos didicistis faciunt et declinat ab illis. Si in rebus diuinis sic dicuntur. id est hereses. 2. petri. 2. Introducitur sectas perditionis etc. et ibidem. Sectas non metuunt intro ducere blasphemantes. Et his autem sequitur inuidia quantum illi quos emulant prosperant. Job. 5. Paruulum occidit inuidia etc. Et his autem sequitur homicidium cordis et operis. 1. Job. 4. Qui odit fratrem suum homicida est. Quantum uero ad uicia que pertinent ad inordinationem circa uita necessaria ponit duo. Unum quantum ad potum. Unde dicit. Ebrietates scilicet assidue. Luce. 21. Attendite ne grauent corda uestra crapula et ebrietate etc. Aliud uero quantum ad cibum. et quantum ad hoc dicit. Comestationes. Rom. 13. Non in comestationibus et ebrietatibus.

Lectio sexta.

Fructus autem spiritus est caritas gaudium pax. patientia. benignitas bonitas. longanimitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia. castitas.

Positis operibus carnis: hic consequenter apostolus manifestat opera spiritus. Et primo manifestat ea. Secundo ostendit quomodo lex se habet ad opera spiritus et ad opera carnis. ibi. Aduersus huiusmodi etc. Circa primum enumerat bona spiritalia que nominat fructus. Et quo incipit que stio. quia illud dicitur fructus quo fruimur. Sed actibus nostris non debemus frui sed deo solo. ergo huiusmodi actus quos enumerat hic apostolus non debent dici fructus. Itaque glo. dicit quod huiusmodi opera spiritus sunt propter se appetenda. quod autem propter se appetit non refert ad aliud. ergo uirtutes et earum opera non sunt referenda ad beatitudinem. Respondeo: dicendum est quod fructus dicitur dupliciter. scilicet ut acquisitus. puta ex labore vel studio. Sapientia. 3. Honorum labor gloriofus est fructus. Et ut productus sicut fructus producit ex arboribus. Math. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere. opera autem spiritus dicuntur fructus non ut adepti sed ut producti. Fructus autem qui est adeptus habet rationem vltimi finis. non autem fructus productus. Nihilominus tamen fructus sic acceptus duo importat. scilicet: quod sit vltimum pro-

in epistolam ad Galathas. v.

ducetis sicut vltimū quod producit ab arboze est fructus eius. et q̄ sit suauē siue delectabile. **Cantico. 2.** Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutū et spiritus sunt quid vltimū in nobis. Nam spiritus sanctus est in nobis per gratiā per quā acquirimus habitū virtutum et ex hoc potētes sumus operari scdm virtutē. Sunt etiam delectabilia. **Rom. 6.** Habetis fructū vestrū in sanctificatione. id est in operibus sanctificationis. et ideo dicitur fructus. Dicitur etiā flores respectu future beatitudinis. quia sicut ex floribus accipit spes fructus: ita ex operibus virtutū habet spes vite eterne et beatitudinis. Et sicut in floribus est quedā inchoatio fructus: ita in operibus virtutum est quedā inchoatio beatitudinis. que tunc erit quādo cognitio et caritas perficiēt. Et per hoc patet respōsio ad illud quod secūdo obijcit. Nam aliquis potest dici ppter se appetendū dupliciter quia ly ppter potest designare causam formale vel finale. Opera virtutū ppter se sunt appetēda formaliter sed nō finaliter. quia habēt in seipsis delectationē. Nam medicina dulcis appetit ppter se formaliter. quia habet in se vnde sit appetibilis scz delectationem que tamē appetit ppter finem scz ppter sanitatē. Sed medicina amara nō est appetēda ppter se formaliter quia nō delectat rationē sue forme. sed tamen ppter aliud appetit finaliter scz ppter sanitatē que est finis eius.

Et his apparet ratio quare apostolus effectus carnis vocat opera. fructus autē spiritus vocat fructus. Dicitur enim q̄ fructus dicit aliquod finale et suauē ex re pductum. Quod autē producit ex aliquo ppter naturā eius non habet rationē fructus sed quasi alterius germinis. Opera autē carnis et peccata sunt ppter naturā eorū que de nature nostre insunt. Deus etiā humane nature que dā semina insunt scz naturā appetitū boni et cognitio nem. et addidit etiā bona gratie. Et ideo quia opera virtutum ex his naturaliter pduciunt fructus dicitur non autē opera carnis. Et ppter hoc apostolus dicit. **Ro. 6.** Quē ergo fructū habuistis tūc in illis in quibus nunc erubescitis. Patet ergo ex dictis q̄ fructus spiritus dicitur opera virtutū et quia habent in se suauitatē et dulcedinē et q̄ sunt quodā vltimū productū scdm conuenientā donoz.

Accipit autē differentia donoz. beatitudinis. virtutū. et fructū ad inuicē hoc modo. In virtute em̄ est considerare habitū et actum. Habitus autē virtutis perficit ad bene agendū. Et si quidē perficiat ad bene operandū humano modo dicit virtus. Si vero perficiat ad bene operandū supra modū humanū dicitur donū. Unde p̄bus supra cōes virtutes ponit virtutes quāsdā heroycas. puta agnoscere inuisibilia dei sub enigmate est p̄ modū humanū. Et hec cognitio pertinet ad virtutē fidei. Sed cognoscere ea perspicue et supra humanū modū pertinet ad donū intellectus. Actus autē virtutis vel est perficiēs. et sic est beatitudo. vel est delectatō et sic est fructus. Et de istis fructibus dicit **Apoc. 2.** Et vtraq̄ parte lignū vite affert fructus duodeci. Dicit ergo fructus spiritus qui scz cōsurgit in anima ex seminatōe spiritualis gratie: est caritas et c.

Qui quidē sic distinguuntur. quia fructus aut perficit interi⁹ aut exterius. Primo ergo ponit illos qui perficiūt interi⁹. Secūdo illos qui perficiūt exterius ibi Bonitas et c. Interius autē homo perficit et dirigit et circa bona et circa mala. **2. corinth. 6.** Per arma iusticie a dextre et a sinistris. Circa bona autē perficiūt primo quidē in corde per amorē. Nam inter motus naturales primus est inclinatio appetit⁹ nature ad finē suū. ita primus motū interi⁹ est inclinatio ad bonū que dicit amor. et ideo primus fructus est caritas. **Rom. 5.** Caritas dei diffusa est in cordib⁹ nostris et c. et ex caritate perficiūt alie. et ideo dicit apostolus **Col. 3.** Super omnia caritatē ha-

bentes et c. Vltimus autē finis quo homo perficit interi⁹ est gaudiū quod procedit ex presentia rei amate. Qui autē habet caritatē iam habet quod amat. **1. Job. 4.** Qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Et ex hoc cōsurgit gaudiū. **Phil. 4.** Gaudere in domino semper et c. Gaudiū autē debet esse perfectū. Et ad hoc duo requisitū. Primo vt res amata sufficiēs sit amanti ppter suā perfectionē. Et quantū ad hoc dicit pax. Sic enim amāz pacem habet quādo rem amatā sufficienter possidet. **Cantico. vlti.** Ex quo facta sum corā eo quasi pacem reperis et c. Secūdo vero vt afflit perfecta fruitio rei amate quod si muliter per pacē habet. quia quicquid superueniat si per asecte aliquis fruatur re amata puta deo: nō potest impediri ab eius fruitōe. **ps.** Pax multa diligentibus legem tuā et nō est illis scandālū. Sic ergo gaudiū dicit caritatis fruitiōe sed pax caritatis perfectionē: per que homo interi⁹ perficit quantū ad bona. Circa mala etiā perficit spiritus sanctus et ordinat. et primo cōtra malū quod perturbat pacem que perturbat per aduersā. sed ad hoc perficit spiritus sanctus per patientiā que facit aduersa patienter tolerare. Et ideo dicit. **Patientia. Luc. 21.** In patientia vestra possidebitis animas vestras. **Jaco. 1.** Patientia opus perfectum habet. Secūdo contra malū impediens gaudiū est dilatio rei amate ad quod spiritus opponit longanimitatē que expectatiōe non frangit. Et quantū ad hoc dicit **Longanimitas. Abac. 2.** Si morā fecerit expecta eum. quia et c. **2. corinth. 6.** In longanimitate et c. Et ideo dicit dominus **Matth. 10.** Qui perseuerauerit vsq̄ in finem et c.

Consequēt cū dicit. Bonitas et c. Ponit fructus spiritus qui perficiūt quantū ad exteriora. Hominis autē exteriora sunt vel id quod est iuxta ipm. vel id qd est supra ipm. vel id quod est infra ipm. Iuxta ipm est proximus. supra ipm deus. infra ipm natura sensitua et corpus. Sic ergo quantū ad proximū. perficit primo quidē in corde per rectam et bonā voluntatē. Et quantū ad hoc dicit. Bonitas. id est rectitudo et dulcedo animi. Si em̄ homo omnes alias potēcias bonas habeat nō potest dici bonus homo nisi habeat voluntatē bonam scdm quā omnib⁹ alijs bene vit. Cuius ratio est. quia bonū dicit aliquod perfectū. Est autē duplex perfectio. Prima scz que est ipm esse rei. Secūda vero est eius operatio. et hec est maior q̄ prima. Illud ergo dicit simpliciter perfectum quod pertingit ad perfectā sui operationē que est secūda eius perfectio. Et ergo homo per voluntatē exeat in actum cuiuslibet potētie: voluntas recta facit bonū vsum omnū potentiāz. et per cōsequens ipm bonū hominē bonum. Et de hoc fructu dicit **Ephe. 5.** Fructus autē lucri est in omni bonitate et c. Secūdo vero in opere: vt scilicet sua cōmunicet proximo. et quantū ad hoc dicit. Benignitas. id est largitas rerū. **2. corinth. 9.** Multatē enim datoz et c. Benignitas enim dicit quasi bona igneitas que facit hominē fluere ad subueniendū necessitatibus alioz. **Sapient. 1.** Benignus est enim spiritus sapiētie et c. **Collo. 3.** Induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie benignitatē et c. Item vt patienter sustineat proximi molestias. et quantū ad hoc dicit. Mansuetudo. **Matth. 11.** Discite a me quia et c. **Proverb. 3.** Mansuetus dabit gratiam. Ad id vero quod est supra nos scilicet deus ordinat spiritus per fidē. vnde dicit Fides: que est cognitio quedā inuisibilū cum certitudine. **Heb. 11.** Credidit abraham deo et reputat⁹ est ei ad iusticiā. **Heb. 11.** Accedentē ad deum oportet credere et c. Et ideo **Eccle. 1.** Beneplacitū est deo fides et mansuetudo et c. Ad id quod est infra nos scz corpa dirigit spiritus. et primo q̄ tum ad actus exteriores corpis qd sit per modestiaz que ipis actibus seu dictis modū imponit. Et quantū ad hoc dicit. Modestia. **Philippen. 4.** Modest

Explanatio sancti Thome

stia vestra etc. Secundo vero quantum ad appetitum sensitivum interiorum et quantum ad hoc dicit. Continencia que etiam a licitis abstinet et castitas que licitis recte vivit secundum gloriam. Vel aliter continencia dicitur ex eo quod licet homo impugnetur a pravis concupiscentiis: tamen per rationis vigorem se tenet ne abducatur. et ideo continencie nomen sumptum est ab eo quod aliquis in impugnatione tenet se. Castitas vero dicitur ex eo quod quis nec impugnetur nec abducatur. et dicitur a castigando. Nam illud dicitur bene castigatum qui in omnibus ordinat se habet. Circa hoc dubitant duo. Primo quia cum fructus spiritus aduersent operibus carnis. videtur quod apostolus debuerit ponere tot fructus spiritus quot posuit opera carnis quod non fecit. Ad quod dicendum est quod ideo non fecit quia plura sunt vitia quam virtutes. Secundo dubitatur quia fructus spiritus hic positi non respondent operibus carnis. Ad hoc dicendum est quod apostolus non intendit hic tradere artem virtutum et virtutum et ideo non ponit unum contra aliud sed aliqua enumerat de istis: et aliqua de illis finem quod expediens videtur presenti intentioni. nihilominus tamen si diligenter consideret aliquantulum sibi contra respondent. Nam fornicationi que est amor illicitus contra respondet castitas. immundicie vero impudicie et luxurie que sunt carnales illecebree et ex fornicatione proveniunt contra ponitur gaudium quod est spiritualis delectatio consequens ex caritate ut dicitur. Et vero quod est ydoloz servitus contra ponitur pax. Et vero quod dicitur veneficia etc. usque ad dissensionem patientiam longanimitatem et bonitatem. Et vero quod dicitur secte contra ponitur fides. Et vero quod dicitur inuidie. benignitas. Et autem quod dicitur homicidia. mansuetudo. Et quod dicitur ebrietas. comestationes et his similia: contra ponitur modestia continencia et castitas.

Lectio septima.

Aduersus huiusmodi non est lex. qui autem sunt christi. carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs. Si spiritu vivimus: spiritu ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: invidiosos provocantes: invidiosos.

Enumeratis operibus carnis et spiritus: hic consequenter ex vitijs concludit quod qui spiritu sequuntur non sunt sub lege: vivit tali probatione. Ille est sub lege qui est obnoxius legi. qui facit contraria legi. Sed illi qui agunt ipsum non faciunt opera contraria legi. ergo non sunt sub lege. Primum ergo ostendit propositum ex parte operum spiritus. Secundo ex parte operum carnis. ibi. Qui autem sunt etc. Dicit ergo. Dico quod qui aguntur spiritu non faciunt opera contraria legi. quia faciunt opera spiritus et aduersus huiusmodi non est lex. id est contra opera spiritus. sed spiritus docet ea. Nam sicut lex exterioris docet opera virtutum: ita et spiritus interioris movet ad illa. Rom. 7. Non delector enim legi dei secundum interioris hominem etc. Qui faciunt opera carnis et hec in his qui spiritu dei aguntur non sunt contraria legi. Unde dicit. Qui christi sunt. id est qui spiritu dei habent. Nam Rom. 8. Qui spiritum dei non habet hic non est eius. Illi ergo spiritu dei aguntur qui sunt christi. Id est in quibus carnem suam crucifixerunt etc. non autem dicitur vitia et concupiscentias vitant: quia bonus medicus tunc bene curat quando adhibet remedia contra causam morbi. Caro autem est radix vitijs. Si ergo volumus vitare vitia oportet domare carnem. 1. corinth. 9. Castigo corpus meum etc. Quia vero caro domatur per vigiliam leivania et labores. Eccl. 33. Servo multo malo toritura et coepedes etc. Ad hec autem opera moventur ex devotione quam habent ad christum crucifixum. ideo signanter dicit. Crucifixerunt. id est christum crucifixum se reformaverunt affligendo carnem suam etc.

Roman. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est etc. supra secundo. Et deo vitam christi confixus sum cruci etc. Quia vero non crucifigit carnem destruyendo naturam quia nemo carnem suam odio habuit. et dicitur Ephe. 5. Sed quantum ad ea que contrariantur legi. ideo dicit. Quia vitia id est cum peccatis et concupiscentijs. id est passionibus quibus anima inclinatur ad peccandum. Non enim bene crucifigit carnem qui etiam passionibus locum non auferat. Alterum cum ratio non semper inuigilet ad peccata vitandum ut oportet posset quandoque cadere. Eccl. 18. Post concupiscentias tuas non eas etc. Rom. 13. Carnis curam ne feceritis etc. Consequenter cum dicit. Si spiritu vivimus etc. ponit tertium beneficium spiritus sancti quod consistit in vita. Et primo ponit beneficium spiritus dei. Secundo excludit vitia spiritus mundi ibi. Non efficiamur etc. Dicit ergo connumerare se eis quibus scribit. Dico quod debemus ambulare per spiritum quia et per ipsum vivimus et non per carnem. Rom. 8. Debitorum sumus non carni etc. Si ergo spiritu vivimus: debemus in omnibus ab ipso agi. Sicut enim in vita corporali corpus non movetur nisi per animam per quam vivit. ita in vita spirituali omnis motus noster debet esse a spiritu sancto Job. 6. Spiritus est qui vivificat. Act. 17. In ipso vivimus movemur et sumus. Et ne ea que dicta sunt de spiritu intelligantur de spiritu mundi de quo dicitur. 1. corinth. 2. Nos autem non spiritus huius mundi accepimus. Ideo hoc consequenter remouet apostolus dicens. Non efficiamur etc. Ubi tria excludit propter spiritum mundi. scilicet inanem gloriam iracundiam et inuidiam. quibus tribus puenienter aptari potest nomen spiritus. Significat enim spiritus quandam inflationem. Unde secundum hoc illi dicuntur magni spiritus qui sunt inflati per inanem gloriam. Isa. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impelles parietem etc. Et quantum ad hoc dicit. Non efficiamur inanis glorie cupidi. id est glorie secularis. Cum enim vanum sit quod nec solide firmatur nec veritate fulcitur nec utilitate amatur. ideo gloria huius mundi vana est: quia caduca et non solida. Isa. 40. Omnis caro fenit etc. et quia falsa est. 1. Macha. 2. Gloria hominis peccatoris stercoreus et vermis. Sed vera gloria est in proprijs bonis hominis que sunt bona spiritualia. et hac habent sancti. 2. corinth. 1. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre etc. Et quia inutilis et infructuosa. Nam quamquam cum gloriaz habeat quis ex testimonio secularium non potest propter hoc consequi finem suum consequi testimonio dei. 1. corinth. 1. Qui gloriatur in domino gloriatur etc. Non autem dicit. non habetis inanem gloriam. sed non efficiamini cupidi. quia gloria sequitur aliquando fugientes eam. et si oportet recipi non tamen amet. Item significat impetuositate. Prover. 27. Impetum cocitatis spiritus ferre quis poterit: Et significat iracundiam. Et quantum ad hoc dicit. Invidiosos provocantes scilicet ad contentione vel litem vel alia illicita. Rom. 13. Non in contentione et emulacione etc. Item est spiritus tristitie de quo dicitur Prover. 17. Spiritus tristis efficit ossa. Et quantum ad hoc dicit. Invidiosos. Prover. 14. Putredo ossium invidia etc. Cuius ratio est. quia ipsa sola crescit ex bono.

Capitulum sextum.

Atres: et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: consideras te ipsum ne et tu tempereris. Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit